Analecta Syriaca e codicibus Musei Britannici excerpta.

Edidit

Dr. M. Kmosko

II. *Homilia in noctem Parasceves S. Ioanni Chrysostomo adscripta.*

Codex Musei Britannici *Add. 12.165* praeter complures homilias metricas Iacobi Sarugensis versionesque homiliarum S. Ioannis Chrysostomi inde a fol. 266 v° continet sermonem admodum singularem “ *in S. noctem Parasceves crucifixionis* „. Idem legitur in codice quodam saeculi VIII vel IX foliorum 189 membranaceo, initio et fine eo quidem mutilo, quem professor universitatis Vindobonensis clarissimus D. Dr. W. Neumann possidet, atque insigni benignitate cum apografo codicis Londinensis accuratissime collatum meum in usum convertere non recusavit (= N). Sermo noster ibi invenitur foll. 109 v°–115 v° excerptis interpositis operum asceticorum Isaiae Scetensis, Isaaci Ninivitae, Palladii, Macarii [1]. Idem denique inest foll. 122 v°–124 v° in codice *Vat. Syr. 369* eiusdem fere aetatis, quo Chrysostomi, Basilii, Gregorii Nazianzeni, aliorum homiliae continentur per anni circulum dispositae. In catalogo codicum Assemannianorum ab A. Mai edito admodum negligenter descriptum cum apographo codicis Londinensis editor huius periodici contulit. Videtur autem sermo noster maxime propter citata quaedam ex aliquo “ evangelio „ hucusque ignoto desumpta attentione studioque paulo diligentiore non indignus.

---

[1] Orthographiam codex sequitur peculiarem. Nam pro ܝ verborum ל"א in 3. p. sing. perf. plerumque ܐ scribit: ܦܠܐ (= ܦܠܝ), ܫܘܐ (= ܫܘܝ), ܐܫܬܪܐ (= ܫܬܪܝ). Aliquando pro ܐ nominum e radicibus ל"א derivatorum ܝ ponit: ܕܝܒܐ (= ܕܐܒܐ, «lupus»). Item saepius ܝ in part. plur. verborum ע"ע retinet, ut scribat ܐܠܝܡܝܢ (= ܐܠܡܝܢ). Pro ܐܦܢ nonnunquam ܐܦܝܢ exhibet.

1. Auctor sermonis, quem adiecta versione latina integrum edituri sumus, in utroque msc. S. Ioannes Chrysostomus perhibetur. Neque vero, quamvis illius doctoris dictionem incertus auctor imitatus sit, quisquam homiliam, quae inter scripta eius minime invenitur, merito ei adtribui sibi persuadeat. Immo videtur e variorum auctorum scriptis ab homine natione et lingua Syro esse conflata. Initium enim sermonis, cuius proprius est usus vocum graecarum ἄρα, μᾶλλον, e graeca in syriacam linguam, nisi fallimur, translatum est, cum verba Is 53 § 7 neque secundum Peš neque secundum Syro–Hexaplarem, sed ex ipso aliquo textu graeco citentur. Contra maximam eius partem syriaca lingua inde ab initio compositam fuisse vel finis homiliae tamquam *sedra* laudibus officii Parasceves Syrorum insertus prodit, [1] siquidem praeter canones, qui diserte dicuntur, graecos breviaria Iacobitarum integra fere ex operibus auctorum Syrorum excerpta sunt. Accedit quod verba Is 59 § 15 secundum Peš citantur eisque divinitas Christi comprobatur, id quod ex auctoritate LXX fieri nullo modo poterat, quippe qui pro “ *hic mundabit* (ܡܕܟܐ) *gentes plurimas* „ exhibent οὕτω θαυμάσονται ἔθνη πολλὰ ἐπ' αὐτῷ. Quod denique, cum de Barabba latrone agit, scriptor eum typum Adae esse statuit, qui “ filius patris „ verissime fuerit, eiusque dimissionem condemnationi “ filii Dei „ opponit, nemo non videt ea omnia paronomasiae inniti, quam nisi auditores Syri intelligere non poterant. Quo autem tempore homilia nostra exarata sit, accuratius erui nequit. Neque enim ulla indicia historica prae se fert et, haereticos quosnam impugnet, difficile est dictu, cum verba, quae eo spectant, nimis generalia sint, quin ad certam aliquam haeresin referri possint.

2. De argumento homiliae, quoniam nihil singularius continet, non est, cur verba faciamus. Citata, quae ex aliis evangelii partibus in ea obviam sunt, tractanda modo liceat differre. Quae ad historiam dominicae passionis spectant, ad verbum latine reddita legentium oculis anteponimus:

1. *Captivus erat apud Hannan.*

2. *Duxerunt* itaque *principes sacerdotum Dñum et ante Pilatum statuerunt* (M 27 § 2) *et tumultuati sunt adversus eum et clamaverunt: Reus est mortis* (M 26 § 66).

---

[1] Cf. *Breviarium iuxta usum Eccl. Antioch. Syrorum.* Mausilii 1892. IV pag. 222.

3. *Incepit Kajafa adiurare eum: Si* inquit (ܠܡ) *tu es rex Iudaeorum? Dñus vero* mansuete et humiliter *respondit: Tu dixisti* (M 27 § 16), accipe testimonium tuum. *Tunc Kajafa scidit vestimenta sua dicens: Ecce* inquit (ܠܡ) *blasphemavit* (M 26 § 16).

4. *Pilatus vero interrogavit eos dicens: Quidnam est malum, quod fecit? Ipsi vero clamabant dicentes: Crucifige, crucifige eum.* (M 27 § 23).

5. *Pilatus autem dixit: Regem vestrum crucifigam. Dicunt ei: Noli dicere, quia* (ܕ) *rex est, sed quia* (ܕ) *ipse dixit: Quia rex* (sum) *ego Israel* (ι 19 § 15, 21). *Erat autem incarceratus tunc temporis vir quidam latro et appellabatur Bar-Abba* (μ 15 § 7). *Et quoniam consuetudo erat et captivus dimittebatur in festo* (M 27 § 15) *dixit eis Pilatus: Quem vultis dimittam vobis, Iesum, qui cognominatur Christus, an Bar-Abbam* (M 27 § 15)? *Et clamaverunt omnes dicentes: Bar-Abba dimittatur et Iesus crucifigatur* (M 26 § 67).

6. [Induerunt eum vestibus sanctuarii Patris sui et procidentes in genua dixerunt: *Ave rex Iudaeorum*].

7. *Pilatus autem, cum non invenisset adversus Dñum causam morte dignam dixit eis: Tollite vos et crucifigite eum, ego enim non inveni in eo quidquam dignum morte* (ι 19 § 6). *Tunc iniecerunt in eum manus et ceperunt eum et percutiebant calamo caput eius et spuebant ei in faciem eius* (M 26 § 67).

Atque sextum quidem citatum, num iustum, si rerum ordinem spectamus, locum occupet, merito potest dubitari. Reliqua autem citata si quis obiter iudicaverit, suspicetur scriptorem verbis evangelicis memoria tenus allegatis miscere, uti dicunt, quadrata rotundis ita, ut textum comminiscatur harmonisticum, qui vel sanae menti repugnet ipsiusque ingenium prodat quam maxime debile. At multo secus re vera iudicandum est. Alia enim similis harmoniae evangelicae testimonia praesto sunt Iacobi episcopi Sarugensis cum *de crucifixione* sermo prosa oratione conscriptus, tum *de passione* carmen longissimum.

3. I a c o b u s S a r u g e n s i s, ut de sermone eius prosaïco loquendi initium faciamus, praeter poëmata de vita Salvatoris longissima composuit sex orationes prosaïcas i n t e r p r e t a t i o n e s (ܬܘܪ̈ܓܡܐ) vulgo appellatas. Eas germanice versas edidit Z i n g e r l e *Sechs Homilien des h. Iacob von Serug.* Bonn 1867. Syriace unam tantum integram typis expressam scio in *Monum Syr.* ed. M ö s i n g e r I 91 fs. Reliquarum vero parva quaedam fragmenta exhibentur in chrestomatia syriaca a W e n i g edita. Nobis hic de

quinta agendum est, cui in *ed. Mus. Brit. Add. 14.587* a. 603 eo quidem exarato [1] inscribitur ܬܘܒ ܬܘܪܓܡܐ ܕܥܠ ܥܪܘܒܬܐ ܕܚܫܗ ܕܡܪܢ ("*Deinde interpretatio de Parasceve passionis Dñi*„). Argumento sermonis enarrando supersedemus, ad versionem a Zingerle confectam lectores Orientis Christiani remittentes. Sufficiat paucis indicasse similia hic similique ordine atque in homilia Chrysostomo perperam adscripta citata occurrere. Exponit autem, postquam disseruit, cur tam Iudaei crucifigi Christum voluissent, quam Pilatus voluntati eorum satisfecisset, Iacobus, quomodo Iudaei falsos testes quaesierint, cum dicit (fol. 127 r°): ܡܛܠ ܗܢܐ ܟܬܝܒ: ܕܒܥܘ ܣܗ̈ܕܐ ܕܫܘܩܪܐ ܥܠ ܡܪܢ ܘܠܐ ܐܫܟܚܘ "Ideo scriptum est: *Quaesierunt testes mendacii contra Dñum nec invenerunt*„[2]. Adiicit deinde illos, cum timerent, ne testium iudiciis divina Dñi auctoritas confirmaretur, postremo velum (ܫܘܫܦܐ) e sanctuario adduxisse et chlamyde purpurea ex eo confecta Christum induisse, ut eum occidere possent, quia rem sacram tetigisset [3]. ܘܟܕ ܐܩܝܡܘܗܝ ܩܕܡ ܦܝܠܛܘܣ ܫܐܠ ܗܘܐ ܘܐܡܪ: ܡܢܐ ܓܝܪ ܕܒܝܫ ܥܒܕ. ܘܩܥܘ ܗܘܘ ܟܠܗܘܢ ܘܐܡܪܝܢ: ܚܝܒ ܗܘܐ ܡܘܬܐ "Et cum eum ante Pilatum constituissent, *interrogabat eos dicens: Quid enim mali fecit? – Et clamaverunt omnes dicentes: Reus est mortis*„. ܘܟܕ ܪܒ ܟܗܢܐ ܐܘܡܝ ܗܘܐ ܠܡܪܢ: ܕܡܘܡܐ ܐܢܐ ܠܟ ܒܐܠܗܐ ܚܝܐ ܕܬܐܡܪ ܠܢ ܐܢ ܐܢܬ ܗܘ ܡܫܝܚܐ. ܘܟܕ ܦܢܝ ܫܪܝܪܬܐ ܡܪܢ ܐܬܬܙܝܥ ܘܨܪܐ ܠܢܚܬܘܗܝ. "*Summus autem sacerdotum adiuravit Dñum: Adiuro te per Deum vivum, ut dicas nobis, an tu sis Christus. Et cum Dñus veritatem respondisset, commotus est et scidit vestem suam*„. Cum Ps.-Chrysostomo Iacobus hic duabus rebus convenit, primum cum verba *Reus est mortis* (M 26 § 66) contra auctoritatem evangeliorum canonicorum in ore Iudaeorum coram Pilato tumultuantium ponit, deinde cum adiurationem Caiphae, qua in re vix fieri potest, ut uterque rerum ordinem rhetoricis artibus perturbaverit, coram Pilato accidisse fingit.

---

[1] Cf. Wrigt C. B. M. pag. 517.

[2] fol. 126 v° verba sic citat: ܒܥܝܢ ܗܘܘ ܠܗܘܢ ܣܗ̈ܕܐ ܕܫܘܩܪܐ ܕܢܐܡܪܘܢ ܕܠܐ ܟܐܢܘܬܐ ܥܠ ܡܪܢ ܘܠܐ ܐܫܟܚܘ

[3] Hanc assertionem singularem etiam auctor Homiliae nostrae nosse videtur, dicit enim (No 8): *Induerunt eum vestibus sanctuarii Patris eius*. Iacobus Sar. hac ratione explicat dissensum Evangelistarum quorum alter dicit Dñum ܒܟܠܡܝܣ ܕܙܚܘܪܝܬܐ (M 27 § 29: χλαμύδα κοκκίνην) alter ܒܟܠܡܝܣ ܕܐܪ̈ܓܘܢܐ (μ 15 § 16: πορφύραν) indutum esse; utroque dicit colores liturgicos designari.

Differt vero ab homilia nostra, quatenus secundum quartumque citatum apud illum ita inter se coalescunt, ut priori parti quarti altera secundi iungatur. Neque igitur negari potest, nisi carmen illius *de passione* inscriptum praesto haberemus, quae ratio Iacobum inter et Ps.-Chrysostomum intercedat, parum constare.

4. Homilia *de passione* metrica (ܡܐܡܪܐ) Iacobi Sarugensis in plurimis codd. mss. continetur eamque, si Deo placuerit, integram una cum aliis Iacobi poëmatibus edituri sumus. Qui infra allegabitur, textus vetustissimos praecipue codd. Musei Britannici *Adel. 12.162* fol. 74 ss. [1], *14.586* fol. 1 ss. [2], *17.198* fol. 1 ss. [3] sequitur collatis etiam duobus codd. recentioris aetatis Musei Britannici *Add. 12.165* fol. 204 ss. et bibliothecae Bodleianae *Poc. 404* fol. 236 ss. Iacobus ab ultima coena narrandae dominicae passionis initium facit et priore carminis sui parte presse sequitur sermones in Hebd. Sanct. III et IV editos a Lamy *S. Ephraemi Hymni et Sermones.* I (Mechliniae 1882). 398 ss. Discedit autem quam maxime ab Ephraemi narratione inde a negatione Petri. Capto nimirum Dño narrat Sarugensis:

ܓܪܬܗ ܚܘܒܐ ܠܫܡܥܘܢ ܟܐܦܐ ܕܢܚܙܐ ܕܝܢܗ:
ܘܚܠܛ ܢܦܫܗ ܥܡ ܙܩܘ̈ܦܐ ܐܝܟ ܢܘܟܪܝܐ.
ܐܬܚܠܛ ܗܘܐ ܒܩܢܐ ܕܢ̈ܨܐ ܗܘ ܒܪܝܘܢܐ:
ܘܝܕܥܘܗܝ ܗܢܘܢ ܘܟܪܟܘ ܗܘܘ ܒܗ ܠܡܫܪܛܗ.
ܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܓܝܪ ܕܬܠܡܝܕܗ ܗܘ ܕܓܠܝܠܝܐ:
ܘܫܪܝ ܕܢܐܡܐ ܘܢܚܪܡ ܢܦܫܗ ܕܠܐ ܝܕܥ ܠܗ.

" Traxit dilectio Simonem Petrum, ut videret iudicium eius et comistus est cum crucifixoribus velut peregrinus. Immixtus est nido accipitrum filius ille columbae (Bar Iona) et illi agnoscentes eum aggressi sunt eum, ut eum discerperent. Dixerunt enim: Discipulus est Galilaei, et coepit iurare et anathematizari se illum nescire ".

Interposita deinde longissima quadam atque taediosa disertatione, qua probare studet negationem Petri divinitus accidisse, ne in passione Christus socium haberet, refert Iacobus, gallo canente,

---

[1] Wright CBM pag. 721.
[2] Ib. p. 503.
[3] Ib.

apostolum post tertiam narrationem, dolore perculsum, lacrimas fudisse. Postea narrat Iesum in domo Annae inclusum esse altiusque de verbis ܚܒܝܫ ܒܒܝܬ ܚܢܢ " *inclusus est in domo Hannan* „ meditari incipit. Quae narratio cum ipsis hisce verbis singulari modo cum homilia Ps.-Chrysostomi convenit, tum ideo magni est momenti, quod secundum eam negatio Petri accidisse videtur, priusquam Dñus in carcerem coniiceretur. Narrata enim negatione Iacobus prosequitur:

ܡܚܛܦܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܐܝܟ ܕܠܒܝܫܐ ܘܠܓܝܣܐ
ܘܡܕܒܪܝܢ ܠܗ ܕܨܒܝܢܗܘܢ ܘܐܙܠܝܢ ܐܝܟ ܡܐ ܕܨܒܘ.
ܡܢ ܛܘܪ ܙܝ̈ܬܐ ܚܛܦܘ ܐܝܬܝܘܗܝ ܘܡܛܐ ܠܨܗܝܘܢ
ܘܠܒܝܬ ܚܢܢ ܐܥܠܘܗܝ ܡܫܬܓܫܝܢ ܟܠܝܘܗܝ
ܘܡܢ ܬܡܢ ܬܘܒ ܕܒܪܘܗܝ ܘܐܬܘ ܠܘܬ ܦܝܠܛܘܣ
ܦܝܠܛܘܣ ܕܝܢ ܫܕܪܗ ܕܢܐܙܠ ܠܘܬ ܗܪܘܕܣ

" Raptabant eum tamquam malum et latronem et quocumque volebant ducebant eum euntes prout voluerunt. E monte Olivarum raptantes deduxerunt eum et pervenit ad Sion et in domum Hannan introduxerunt et insanientes incluserunt eum et illinc porro duxerunt eum et adierunt Pilatum, Pilatus vero misit eum ut iret ad Herodem „.

Deinde prolixe contumelia ab Herode Dño illata et reconciliatio Herodis cum Pilato enarratur. De iis autem, quae Christo in domo pontificum facta sint, fieri non potest, quin tam pauca Iacobus dixerit, quandoquidem aeque atque ex parte Ps.-Chrysostomus ea, quae ibi accidisse evangelia perhibent, coram Pilato facta esse fingit. Sed ipsius verba audiamus:

ܒܒܪ ܗܘܐ ܟܠܗ ܠܠܝܐ ܘܐܬܐ ܨܦܪܗ ܕܝܘܡܐ ܪܒܐ :
ܘܩܡܘ ܟܗܢܐ ܕܢܕܝܢ ܪܒܐ ܠܗ ܕܝܢܐ.
ܠܐ ܒܫܠܝܐ ܗܘܘ ܕܝܢ ܟܗ̈ܢܐ ܘܣܦܪ̈ܐ ܟܠܗ ܠܠܝܐ ܡܠܟܘ :
ܡܢ ܕܐܬܟܢܫܘ ܗܡܘ̈ܐ ܕܟܠܒ̈ܐ ܠܐ ܦܘܪܣܐ.....
ܐܠܗܘܗܝ ܠܒܢܝܐ ܠܒܫܘ ܒܗܬܐ ܕܝܘܡܐ ܐܝܟ ܣܡܝܐ :
ܘܪܒܘ ܠܐ ܡܠܝܘܗܝ ܕܠܐ ܢܬܒܝܢ ܡܢ ܕܝܘܐ......
ܐܢܫ̈ܐ ܕܡܗܝܡܢܐ ܘܕܝܢ̈ܐ ܣܓܝ̈ܐܐ
ܠܒܝܫܐ ܐܠܗܘܗܝ ܠܐܢܫܐ ܛܠܐ ܕܡܚܪ ܐܢܘܢ.

ܩܪܒܘ ܗܘܘ ܘܐܬܟܢܫܘ ܥܡܐ ܪܒܐ ܕܢܪܗܒܘܢ ܥܠ ܕܝܢܗ
ܘܐܬܪܥܡܘ ܠܠܐ ܡܣܩ ܕܚܝܐ ܕܡܘܬܐ ܣܗܕ.
ܥܠܬܗܘܢ ܕܝܢ ܫܪܘ ܡܫܬܐܠ ܐܝܟ ܕܚܝܐ :
ܠܡܫܟܢܐ ܘܡܢܗ ܙܕܩ ܠܗ̈ܝ ܠܡܫܬܐܠܘ.
ܐܡܪ ܠܗ ܡܢ ܐܢܬ ܐܘ ܡܫܟܢܐ ܐܢܬ ܐܝܟ ܕܐܬܐܡܪܬ :
ܡܘܕܝܐ ܣܒܪ ܗܘ ܐܡܪܝܢ ܕܡܫܬܐܠ ܐܢܬ.
ܐܡܪ ܡܪܢ ܒܗܢܐ ܥܠܡܐ ܠܐ ܗܘܝܬ ܡܫܟܢܐ :
ܘܐܠܘ ܡܫܟܢܐ ܡܢ ܗܪܟܐ ܗܘܐ ܡܫܬܐܠܐ ܗܘܐ......
ܗܘܐ ܦܢܐ ܕܠܐ ܗܘܐ ܡܫܟܢܐ ܡܢ ܐܪܥܐ
ܐܡܪ ܠܗ ܗܘ : ܡܟܝܠ ܗܫܐ ܗܘ ܡܫܟܢܐ ܐܢܬ :
ܘܒܬܪ ܗܕܐ ܐܦܢܝ ܠܗ ܕܐܢܬ ܐܡܪܬ ܐܡܪܬ
ܠܗ ܠܐ ܬܫܐܠ ܐܠܐ ܐܡܪ ܡܢ ܕܐܡܪܬ ܐܢܬ.

" Nox transiit et venit mane iudicii magni et convenit populus, ut tumultum excitaret contra iudicem. Sacerdotes et scribae non cessarunt tota nocte accersire testes falsos contra Salvatorem...... Introduxerunt Filium in domum iudicii tamquam reum et tumultum excitarunt ad mortem eius, ne a iudice inquireretur.... Homines maculis et livoribus vitiati multis in iudicium adduxerunt medicum bonum, qui eos visitavit. Convocantes aduxerunt turbam magnam, quae *mortem eius tumultuose postularet,* et elevarunt vocem coram iudice *eum mortis reum esse*[1]. Pilatus autem tamquam iudex interrogare coepit regem a quo derivantur coronae potentium: *Dic mihi, quis*[2] *sis et an rex sis*[3], ut fertur de te; Iudaei enim ita dicunt te loqui. Dixit Dñs: *In hoc mundo non fui rex,* si regnum meum hinc fuisset, apparuisset..... Hoc respondit: Non est regnum meum ex terrestribus. Dicit ei: *Ergo modo ecce rex es tu?* Et postea respondit ei: *Tu dixisti*[4], ex me noli quaerere sed verum reputa id, quod dixisti „.

Atque haec quidem adamussim cum secundo citato homiliae nostrae conveniunt, quo pariter ante tribunal Pilati tumultuantes Iudaei Christum *reum mortis* iudicare finguntur. Paulo vero infra

[1] M 26 § 66.
[2] Cfr. ι 19 § 9.
[3] M 27, 11.
[4] ι 18 § 36 sq.

carmine Iacobi comprobatur ne prius quidem, quod ex sermone prosaïco allegavimus, citatum re vera textui Ps.-Chrysostomi repugnare. Bis enim hic Iacobus verba: “ *Reus est mortis* „ coram Pilato in ore Iudaeorum ponit, secundo autem ita, ut cum sermone prosaïco conspiret, cum dicit:

ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܡܢܐ ܗܘ ܒܝܫܬܐ ܕܣܥܪ ܠܗ:
ܘܩܥܘ ܟܠܗܘܢ ܟܕ ܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܕܡܘܬܐ ܚܝܒ:

“ *Dicit eis: Quid est malum, quod perpretavit?* [1] *Et clamaverunt omnes dicentes: Reus est mortis* [2] „.

Huc usque Iacobus plane cum Ps.-Chrysostomo convenit. Ea quoque, quae apud eum sequuntur, singularem homiliae narrationem, quamquam paulo aliter digesta sunt, ex parte quidem confirmant aut saltem ei non repugnant. Pilatus, inquit Iacobus, iuxta legem interrogat Iudaeos, quem sibi dimitti velint, et relato responso Iudaeorum de ingratitudine eorum disserit. Introducitur Kajafa prophetizans (ι 18 § 14) et Iudaeis persuadens expedire Christum mori. Describitur Christi mansuetudo, qui stat velut agnus coram tonsoribus et exutus vestibus suis induitur velo sacro altaris et corona spinea capiti eius imposita rex salutatur. Visa taciturnitate Dñi humillima Caiphas eum adiurat et Dñus suam profitetur divinitatem. Percutitur a servo pontificis. Pilatus interrogat Iudaeos, quidnam mali fecerit. Iudaei narratis miraculis Christi sabbato patratis postulant, ut crucifigatur. Descripto timore Pilati Iacobus narrat eum indicasse Christo se habere potestatem dimitendi aut crucifigendi eum. Iudaeis autem crucifixionem Christi summa vociferatione postulantibus uxor Pilati clam ad virum mittit nuntium monens, ne se Christo iniustum exhibeat. Timor Pilati augetur; lavat manus suas clamantibus Iudaeis: “ Sanguis eius super nos et super filios nostros „. Tunc dimisso latrone Christus flagellatur et dein crucifigendus abducitur.

Gravius Iacobum inter et Ps.-Chrysostomum discrimen unum intercedit. Dimissio enim Barabbae in carmine Sarugensis episcopi adiurationem Caiphae videtur praecedere, sequitur in homilia incerti scriptoris. At magnopere dubitari potest, num ea in re Iacobus historicum, ut ita dicamus, ordinem sequendum sibi proposuerit.

---

[1] ι 18 § 29.
[2] M 26 § 66.

Videtur immo de Barabbae dimissione ideo paulo prius egisse, ut ingratum Iudaeorum animum argueret, postquam impudentiam eorum comprobavit, quippe qui tumultuosa vociferatione Christum "*reum mortis*" iudicavissent. Rebus autem, quae affinitate quadam inter se iunguntur, ita simul narratis postea verum et, quem Ps.-Chrysostomus praebet, ordinem satis luculenter indicat, cum dicit Pilatum demum manibus suis lotis latronem dimisisse.

5. Quodsi eadem mira quaedam dominicae passionis narratio et in homilia nostra et apud Iacobum invenitur, superest, ut eius narrationis fontem pro virili parte indagemus. Neque enim quisquam sibi persuadeat aut Iacobum aut incertum scriptorem homiliae novum tam singularem rerum ordinem excogitavisse. Ne de ingenio Iacobi certe admodum eo sterili, quodque ab audacissima hac inventione longe abhorret, verba faciamus, sufficit monuisse, quae ea, qua auctores nostri scripserunt, aetate canonicorum evangeliorum auctoritas fuerit. An quisquam quarto exeunte quintove saeculo id sibi permiserit, ut adeo ab eorum narratione recederet, nisi praesto fuisset alius quidam fons, qui diversum illud narrationis schema exhiberet, summa praeditus et ipse auctoritate? – Ut autem de Tatianeo opere cogitemus vel ea re inducimur, quod apud Ps.-Chrysostomum Caiphas Dñum adiurans: "*An*, inquit, *tu es rex Iudaeorum?*" Quamvis enim et lapsui memoriae originem suum debere possit, singularis quaestionis forma ea est, ac si auctor "evangelii", ex quo citatum desumptum est, lectionem evangeliorum canonicorum evitare voluerit, qua diserte Christus "*Dei filius*" appellatur. Tatianum vero Išô'dâδ Mervensis testatur "*de divinitate Christi non scripsisse*".

Accedit quod Iacobus Sarugensis homilia inscripta "*De negatione Simonis principis apostolorum*" seorsim Petri negationem versibus pertractavit[1]. Ipsa vero negatio ibi hac fere ratione narratur accidisse: Cum, capto Dño, ceteri omnes apostoli fugae se darent, solus Petrus, quem tantopere Christus honoraverat, peregrinum se simulavit, ut turbae Iudaeorum se immisceret, et celata animi tristitia cum iniquis se calefaciebat.

ܐܪܦܘ ܐܝܕܐ ܘܫܒܩܘ ܚܣܝܢ ܟܠܗ ܒܗܬܬܐ
ܕܢܦܫܐ ܫܪܝܪܐ ܘܗܘ ܡܢܣܝܘܦ ܗܘ ܒܫܡܐ ܕܫܠܐ.
ܘܗܘ ܛܠܒ ܗܘ ܒܒܠܗܘܢ ܦܘܪܣܐ ܐܬܛܟܣ ܐܝܟ

[1] Textus infra exhibitus e Cod. *Add. 12,165*, fol. 273 desumptus est.

ܡܬܚܡܡ ܗܘܐ ܕܢܚܙܐ ܚܪܬܗ ܐܡܬܝ ܗܘܐ.
ܐܬܦܢܝ ܗܘܐ ܠܗ ܕܐܦ ܐܝܟ ܥܒܕܐ ܡܢܗܘܢ ܐܫܬܡܥ:
ܥܒܕܬܐ ܐܝܟ ܐܦ ܗܘ ܡܫܬܥܒܕ ܫܦܝܪ ܕܢܟܐ......
ܐܬܦܢܝ ܗܘܐ ܠܗ: ܕܐܦ ܐܝܟ ܥܒܕܐ ܡܢ ܕܡܠܬܗ ܐܝܟ:
ܘܥܒܕܗ ܕܗܘܐ ܦܪܘܫ ܒܨܘܪܬܐ ܡܫܡܠܝܐܝܬ.
ܗܢܘܢ ܡܟܝܠ ܕܠܐ ܝܕܥ ܐܢܐ ܠܓܒܪܐ ܗܢܐ:
ܠܐ ܐܬܒܙܚ ܒܡܕܡ ܕܠܐ ܦܣܩ ܐܢܐ ܒܥܘܠܐܝܬ.
ܘܐܢܐ ܕܝܢܐ ܒܬܘܪܐ ܥܠܬ ܥܡ ܣܓܝܐܐ
ܡܢ ܟܕ ܠܓܒܪܐ ܠܐ ܝܕܥ ܐܢܐ ܫܪܝܪܐܝܬ......
ܚܙܬܗ ܐܢܬܬܐ ܡܢ ܙܩܘܦܐ ܘܐܡܪܬ ܠܗܘܢ:
ܕܐܦ ܗܢܐ ܬܘܒ ܡܢܗܘܢ ܐܝܬܘܗܝ ܫܪܝܪܐܝܬ......
ܐܘ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܠܐ ܝܕܥ ܐܢܐ ܠܓܒܪܐ ܗܢܐ:
ܘܟܕ ܠܐ ܚܙܝܬܗ ܘܠܐ ܡܦܣܣ ܐܢܐ ܒܗ ܟܘܦܪܢܐ ܠܡܢܐ.
ܬܘܒ ܐܬܦܓܥ ܡܢ ܣܓܝܐܐ ܕܐܬܟܢܫܘܗ ܗܘ:
ܒܦܘܡܐ ܬܠܬܐ ܢܦܠ ܡܫܡܠܝ ܘܐܬܬܪܡܠ ܗܘܐ:
ܘܬܠܡܝܕܘܗܝ ܦܢܝܐ ܙܪܘܙܝܢ ܒܪ ܕܝܢ ܠܟܘܢ......
ܐܬܦܩܕ ܗܘܐ ܕܢܟܬܒ ܠܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܦܫܝܛܘܬܗ:
ܘܐܝܟ ܘܬܠܡܝܕܐ: ܠܐ ܝܕܥ ܐܢܐ ܠܓܒܪܐ ܗܢܐ.

15. " Luctu relicto *sedens* cum iniquis *calefaciebat se ut videret finem* et deinde recederet e domo iudicii et tunc hac ratione perbene omnibus modis eos decepit. Ipsi agnoverunt eum quis, cuius, unde sit dicentes ei: *Etiam tu*, vir *ex ipsis es, galilaeus es, etiam loquela tua valde similis est.....*

[Prima Petri negatio:]

" Dicunt ei: *Etiam tu* vir ex asseclis eius es. Quocum cucurrit negatio cito. *Incepit iurare: Non novi hominem istum,* non incurram opprobrium re, quam compertam non habeo, inique; visurus iudicium huc intravi cum multis, hominem hunc vere ignorans ".

[Secunda Petri negatio:]

" Vidit eum mulier ex crucifixoribus dixitque eis: Etiam hic adhuc ex ipsis est vere..... O homines non novi hominem istum, et quoniam *nec eum vidi, nec de ipso persuasus sum:* ad quid negatio? "

[Tertia Petri negatio:]

“ Porro accusatus est ab aspicientibus, quod esset discipulis eius. In tres laqueos incidit celer et irretitus est et tribus laqueis captus est, cum eos calcasset..... Multiplicatum est mendacium super ipsum eumque oppressit et bis terque asseruit: *Non novi hominem istum* „.

Quibus subesse harmonisticum aliquem evangeliorum contextum nemo non videt. Is autem, quantum quidem ad primam et secundam negationem attinet, hic fere fuerit: Καὶ ὁ Πέτρος ἀπὸ μακρόθεν ἠκολούθησεν αὐτῷ καὶ ἦν συγκαθημένος μετὰ τῶν ὑπηρετῶν καὶ θερμαινόμενος (= μ. 14 § 54), ἰδεῖν τὸ τέλος (= M 26 § 58 b)....... Προσελθόντες οἱ ἑστῶτες εἶπον τῷ Πέτρῳ· ἀληθῶς καὶ σὺ ἐξ αὐτῶν εἶ [καὶ Γαλιλαῖος εἶ = λ 22 § 59]. Καὶ γὰρ ἡ λαλία σου δῆλόν σε ποιεῖ (= M 26 § 71). Τότε ἤρξατο καταθεματίζειν καὶ ὀμνύνειν· ὅτι οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον (= § 74)..... Καὶ μία παιδίσκη ἰδοῦσα αὐτὸν ἤρξατο πάλιν λέγειν τοῖς παρεστῶσιν· ὅτι οὗτος ἐξ αὐτῶν ἐστίν (= μ. 14 § 69). Ὁ δὲ ἠρνήσατο λέγων· Οὔτε οἶδα οὔτε ἐπίσταμαι, σὺ τί λέγεις (= § 68). Atqui textus syriacus, qui respondet verbis graecis οὔτε οἶδα οὔτε ἐπίσταμαι, σὺ τί λέγεις admodum is quidem singularis, quamvis ibi non aeque atque apud Iacobum perperam in ore ancillae ponatur, plane idem invenitur in breviariis syriacis (*Or. Christ.* II 47): ܠܐ ܚܙܝܬ ܠܗ ܠܓܒܪܐ ܗܢܐ ܘܠܐ ܡܦܝܣ ܐܢܐ ܠܗ “ *non vidi hominem hunc neque ei assentio* „. Neque enim dubium est, quin haec re vera ex verbis illis graecis nata sint, sive in altera parte enuntiati interpres Syrus ἐπίσταμαι parum intellexit, sive πιστεύω legere sibi videbatur, id quod optime per ܡܦܝܣ ܐܢܐ verteretur. Primae vero parti ennutiati subest lectio graeca **ΕΙΔΟΝ** ex **ΟΙΔΑ** corrupta, quae obviam est syriace redita etiam apud Aphraetem, qui (Dem. 7, 15. Wright 143) Petrum, principem apostolorum Dñum negavisse ait, cum diceret: ܠܡܫܝܚܐ ܠܐ ܚܙܝܬ ܠܗ “ *Christum non vidi* „. Idem ergo fons, ex quo Iacobus singularem suam narrationem mutuatus est, et Aphraati cognitus erat et iis, qui breviariorum syriacorum hymnos composuerunt, id quod, ut de Tatiani Διὰ τεσσάρων cogitemus, merito etiam magis compellit.

6. Ceterum taceri non debet obstare S. Ephraemi commentarium, in quo Christus a Caipha adiuratus inducitur, priusquam ante Pilatum sistitur, atque in universum harmonia caute diligenterque confecta exhibetur quam maxime ea orthodoxa et a narrationibus Ps.-Chrysostomi et Iacobi diversissima. Verum enim

vero dubitari potest, num commentarius armenus Ephraemo adscriptus verum Tatianei operis ordinem sequatur. Quin etiam non desunt, quae videantur contrarium comprobare. Aphraates enim (Dem. 12. 6) coenam ultimam ita describit, ut Dñus traditori buccellam intinctam porrigere inducatur, priusquam ss. eucharistiam instituat. Verba autem, quibus ipsam eucharistiae institutionem narrat, Aphraatem ex evangeliis canonicis minime sumpsisse additamentum probat: "*Hoc,* inquit ܡܪܢ, *facite in meam commemorationem, quotiescumque congregamini*" [1]. Quod cum in fontibus graecis latinisque nullibi inveniatur, dubium non est, quin una cum harmonistica Aphraatis narratione e Tatiani Διὰ τεσσάρων provenerit. Iam vero prorsus aliam atque diversam harmoniam Ephraemo cognitam fuisse in enarranda coenae dominicae historia Dionysius bar Ṣalîβî auctor est in Comm. in Math. (*Hunt. 247* fol. 279 v°):

ܡܛܠ ܐܦܪܝܡ ܒܦܘܫܩܐ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ܀ ܡܟܢܫ ܘܦܪܫ ܠܗ ܒܡܬܪܬܐ ܕܝܠܗ ܘܡܟܢܫ
ܐܘܪܗܝ ܒܟܠܗܘܢ ܕܒܟܬܒܐ ܠܗ. ܘܩܫܝܐ ܕܐܡܬܝ ܐܡܪܢ. ܕܡܬܦܫܩܐ ܒܬܪܬܝ܀ ܗܝ
ܦܠܓܘܬܐ ܒܟܢܘܫܝܐ ܕܝܠܗ ܐܡܪ: ܕܠܐ ܡܬܦܫܩܐ ܒܬܪܬܝ ܒܗܝ ܕܡܢ ܗܘ ܒܗ ܡܠܠ
ܗܘ ܒܗ ܡܫܝܚܐ. ܘܒܟܢܫܐ ܕܗܘܐ ܡܬܚܫܒܢܘܬܗ ܘܦܠܓܘܬܗܘܢ ܕܒܬܪ ܟܬܒܐ ܕܠܐ ܢܦܠ
ܡܣܒܪܢܐ ܠܐܘܠܝܢ ܕܡܢ. ܘܗܘܐ ܡܬܚܫܒܝܢ܀ ܡܛܠ ܐܦܪܝܡ ܘܡܟܢܫ ܘܦܪܫ ܠܗ ܐܦܢ
ܐܡܪܝܢ ܕܡܬܦܫܩܐ ܒܬܪܬܝ ܐܠܐ ܡܬܩܕܡܝܢ. ܕܟܘܠܗ ܘܪܕܝܗ ܟܬܒܐ ܟܠܡܐ ܟܬܝܒ ܡܢ
ܡܦܩܬܐ ܘܟܬܒܐ ܦܬܓܡܐ ܗܘܐ ܠܗ.. ܡܟܬܒܢܐ ܕܡܢ ܐܡܪܢܐ ܐܡܪܝܢ. ܕܦܠܓܝ ܠܐ

---

[1] Lectio illa occurrit etiam in aliquibus Breviariis Iacobitarum. Sic v. gr. *Dawk I,* fol. 174 v°: ܒܗܢܐ ܝܘܡܐ ܢܣܒ ܡܪܢ ܦܓܪܗ ܒܐܝ̈ܕܘܗܝ ܘܩܨܝܗ ܦܠܓܗ ܠܫܠܝ̈ܚܘܗܝ ܘܟܣܐ ܗܘ ܕܡܐ ܕܡܙܝܓ ܐܫܩܝ ܐܢܘܢ ܘܗܟܢ ܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܟܠ ܐܡܬܝ ܕܡܬܟܢܫܝܢ ܐܢܬܘܢ ܗܟܢܐ ܗܘܝܬܘܢ ܥܒܕܝܢ. «Hac die accepit Dñus corpus suum in manus suas et frangens divisit illud Apostolis suis et calice sanguinis sui commixto potavit eos et sic dixit eis: *Quotiescumque congregabimini vos, sic facite*». — Item fol. 175 v° col. 2: ܪܒ ܗܘ ܐܪܙܐ ܕܩܨܐ ܒܥܠܝܬܐ ܡܪܢ ܠܬܠܡܝ̈ܕܘܗܝ. ܣܒܘ ܐܟܘܠܘ ܡܢܗ ܟܠܟܘܢ. ܘܐܫܬܘ ܟܣܐ ܕܦܘܪܩܢܐ. ܘܟܠ ܐܡܬܝ ܕܡܬܟܢܫܝܢ ܐܢܬܘܢ ܥܒܕܝܢ ܕܘܟܪܢܐ ܕܝܠܝ ܥܕܡܐ ܕܐܬܐ ܠܘܬܟܘܢ. «Magnum est mysterium quod fregit in coenaculo Dñus discipulis suis: Accipite, comedite ex eo omnes et bibite calicem salutis. Et quotiescumque congregabimini vos, memoriam mei facietis, donec venero ad vos». Verba *accipite et comedite ex eo omnes* excepto Aphraate in unica auctoritate graeca occurrunt, in liturgia S. Clementis: λάβετε ἐξ αὐτοῦ καὶ φάγετε (Resch AC. P. II, 643).

ܡܩܪܒܝܢ ܒܥܕ̈ܬܐ ܠܐ ܡܫܬܪܝܐ ܡܢ ܩܘܪܒܐ. ܘܠܐ ܡܩܪܒܝܢ ܠܚ̈ܡܐ ܡܢܐܝܢ ܠܗܘܢ ܡܬܢܩܦܢܘܬܐ
ܘܡܬܚܠܦܢܘܬܐ ܕܪܘܚܐ. ܕܒܗ ܐܦ ܠܦܘܫܩܐ ܕܡܦܫܩܢܘܬܗ ܕܐܬܝܗܒ ܠܗ ܦܬ̈ܐ ❖

29. “*Mâr(j) Ephraim in Expositione Evangelii,* Iacobus Sarugensis in homilia de passione, Iacobus Edessenus in Qânûnê [1] ab ipso compositis et multi alii dicunt eum [2] ad mysteria admisisse. S. Philoxenus in expositione ad Matthaeum dicit eum non admisisse ad mysteria, quia iam intraverat in eum Satanas [3]. Et ex hac traditione Philoxeni viget (consuetudo) in Ecclesia, ut non demus hostiam obsessis a Daemonio. — *Mâr(j) Ephraim* et Iacobus Sarugensis, quamquam dicunt eum ad mysteria admisisse, addunt tamen eo quod intinxerit panem in aquam illum destituisse sanctitate eique panem vulgarem dedisse [4]. Alii autem doctores dicunt, panem, si in aquam intingatur, non destitui consecratione nec posse aquam solvere sanctitatem nec inhabitationem Spiritus, quae in ipso est, nec unionem personae Verbi cui corpus unitur.

Teste igitur Dionysio bar Ṣalîβî Ephraem in commentario suo docuit Iudam a Dño panem consecratum accepisse, qua in re non tam cum Διὰ τεσσάρων quam cum λ 22 § 21 ss. eum convenire manifestum est. Idem ex ipsius commentarii versione armena apparet, quae haec ea de re habet: “ Sicuti verum et certum est Dñum, quum discipulis suis panem daret, mysterium corporis sui eis dedisse, ita quoque credendum est, a Dño panem, suo occisori datum, in mysterium occisionis corporis sui traditum esse. Et intinxit eum,

---

[1] Kanones (ܩܢܘ̈ܢܐ) sunt poëmata Breviarii Syrorum Iacobitarum de festis diversis tractantia. Dividuntur in Kanones *graecos* e libris liturgicis Graecorum translatos atque oratione soluta compositos et *orientales,* qui metrice compositi sunt. Vide Breviarium Syriacum. Mosul. 1886 T. I, pag. ܢܗ̄ .

[2] Scilicet Iudam Iscariotam.

[3] Communior tamen sententia antiquitus fuisse videtur Iudam ante Eucharistiam institutam discessisse. Ita Cyrillona (in ZDMG tomo 27, p. 574) Constit. Apostoll. V, 14. Didasc. ed. Lag. c. 21 (p. 86).

[4] Iacobus Sarugensis hanc opinionem eo imprimis argumento fulcire nititur, quod panis intinctus neque in Vetere Testamento neque in Novo offerebatur, ob eam rationem, quia sanctitate atque consecratione destituitur intinctione. Bar Ṣaliβi refert adhuc opinionem David bar Paulos, amici Bar Kepha, monachi, qui consecrationem a Dño a pane Iudae tradito occulte sublatam esse docet. — De Iacobo Edesseno tradit eum quidem docuisse Iudam a Dño ad participationem mysteriorum admissum esse, attamen, panem intinctum ܠܚܡܐ ܨܒܝܥܐ « panem aridum » (ܗ̄ܘ ܠܚܡܐ ܝܒܝܫܐ .) fuisse, diversum a speciebus consecratis.

ut sic participationem indicaret caedis suae plene patratae, qua corpus sanguine eius intinctum est. *Aut ideo intinxit panem, ne cum pane etiam testamentum daret. Lavit prius panem et tunc illum ei dedit. Ablutum est ab hoc pane prius testamentum, quia per novum testamentum praeparatus* (?) *erat*..... „ “ Duas igitur s. Ephraem de significatione panis intincti opiniones proposuit, quarum utraque supponit ss. eucharistiam, Iuda praesente, esse institutam. Nimirum pane intincto Dñus aut occisionem corporis sui significavit aut consecrationem antea factam sustulit. Atque altera quidem, quam Bar Ṣalîβî solam citat, opinio etiam in sermone IV S. Ephraemi in Hebd. Sanct. defenditur: “ Etenim quum Iesus panem undecim absque discrimine distribueret, accessit Iudas, ut acciperet, sicut acceperant socii, qui accesserant, sed Iesus intinxit panem in aquam, eum consecratione destituit et hac ratione buccellam Iudae distinxit „.

Quodsi et hunc hymnum et illam partem commentarii ipsi adscripti re vera S. Ephraem exaravit, non **T** sed λ explicavit, non ordinem **T** sed ordinem λ secutus est. Pericoparum ordo in **E** obvius certe, utut res se habet, non is est, quem Tatianus confecit, neque igitur iis, quae supra disseruimus, obici potest. Sane miretur aliquis in vetustiore opere **E** evangelia canonica explicari, Iacobum hominem aetate posteriorem **T** sequi. At optime iam H j e l t *Die altsyrische Evangelienübersetzung und Tatians Diatessaron.* Leipzig 1902. 30 expositis, quae de **T** Išô'dâδ refert, ita indicavit: “ Man gewinnt durch diese Zusammenstellung unwillkürlich den Eindruck, Iešudad habe Tatian als einen den Evangelisten ebenbürtigen Zengen der evangelischen Geschichte vorführen wollen.... „ Adiiciamus ea, qua Môšê bar Kêφâ capite 53 “ *introductionis* „ in explicationem evangeliorum dicit[1]:

ܡ̄ܛܠ ܕܢܣܒܝܢ ܘܐܠܟܬܐ[2]. ܕܡܫܘܐ ܕܒܢܘ ܚܒܫ ܐܝܟ ܠܐܪܒܥܬܗܘܢ[3] ܠܟܬܒܝܗܘܢ
ܕܐܘܢܓܠܣܛܐ . ܘܩܪܒܗ ܐܝܟ ܚܕ ܟܠܗܝܢ . ܘܐܝܬܝܗ ܡܢ ܐܢܫܝܢ ܕܐܣܩܒܠܘ ܩܕܡܝܐ
ܡܢ ܗܠܐ ܟܬܒ ܕܡܦܫܩܢܘܬܐ ܠܡܦܪܫܢܘܬܐ ܟܬܒ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܕܝܐܛܣܪܘܢ ܗ̄ ܕܝܢ ܐܪܒܥܐ[4]

---

[1] Primum ab H a r r i s publ. in op. *Fragments of the Commentary of Ephrem Syrus upon the Diatessaron,* London 1895 p. 21. (Hjelt. o. c. p. 39).

[2] Harris om.

[3] H. ܠܐ ܪܒܥܬܗܘܢ (sic!).

[4] H. ܐܪܒܥ (sic!).

ܘܫܚܠܦ ܠܢܩܝܦܘܬܐ ܕܡ̈ܠܐ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ ....[1] ܝܘܢܝܐ ܗܪܣܝܘܛܐ ܥܒܕ
ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܗܘ ܕܡܬܩܪܐ ܛܝܐܗܣܐܪܘܢ[2] ܘܐܦ ܗܘ ܫܚܠܦ ܠܢܩܝܦܘܬܐ ܕܡ̈ܠܐ.
ܐܬܒܛܠ ܠܗ ܠܐܘܣܒܝܘܣ ܘܟܢܫ ܠܐܪܒܥܐ[3] ܟܬ̈ܒܐ ܕܐܪܒܥܬܝܗܘܢ ܐܘܢܓܠܝܣܛ̈ܐ ܘܛܟܣ
ܘܣܡ ܐܢܘܢ ܒܚܕ ܟܬܒܐ. ܘܢܛܪܗ ܠܓܘܫܡܐ ܕܡܫܬܥܝܢܘܬܗܘܢ ܕܐܘܢܓܠܝܣܛ̈ܐ ܐܝܟܢܐ
ܕܐܝܬܘܗܝ ܟܕ ܠܐ ܒܨܪ ܡܕܡ ܡܢ ܡܫܬܥܝܢܘܬܗܘܢ ܘܐܦ ܠܐ ܐܘܣܦ ܥܠܝܗܘܢ ܘܥܒܕ ܩܢܘ̈ܢܐ
ܡܕܡ ܡܛܠ ܫܘܝܘܬܗܘܢ ܘܠܐ ܫܘܝܘܬܗ[4] ܕܠܘܬ ܚܕ̈ܕܐ. ܐܚܪ̈ܢܐ[5] ܕܝܢ ܐܡܪܝܢ ܕܝܘܚܢܢ
ܐܘܢܓܠܝܣܛܐ ܟܢܫ ܐܢܘܢ ܠܗܠܝܢ ܐܪܒܥܐ ܟܬ̈ܒܐ ܘܣܡ ܐܢܘܢ ܒܚܕ ܟܬܒܐ. ܟܕ ܗ̇ܘ
ܕܝܢ ܐܬܝܬܝܘ ܠܘܬܗ ܬܠܬܐ ܗܠܝܢ : ܗ̇ܘ ܕܡܬܝ ܐܡܪ ܐܢܐ ܘܗܘ ܕܡܪܩܘܣ ܘܗܘ
ܕܠܘܩܐ : ܐܠܘܝ ܐܢܘܢ ܠܗ ܕܝܠܗ. ܘܗܟܢܐ ܥܒܕ ܐܢܘܢ ܚܕ ܟܬܒܐ ܕܐܝܬ ܒܗ
ܐܪܒܥܬܗܘܢ ܐܘܢܓܠܝܘܢ *

